


- I. Leisepredigt fürst Erben zu Anhalt sämtl. v. Leisepredigt.
- II. Elegia in Obitu Welfgami Principis Anhaltini.
- III. Leisepredigt fürst Welfgangs zu Anhalt sämtl. v. Leisepredigt.
- IV. Epitaphium Hagae Filiae Joachimi Ernesti Principis Anhaltini.
- V. Leisepredigt f. Casparium Bürgermeist. zu Meissen.
- VI. Leisepredigt f. Marien Fürstin zu Anhalt.
- VII. Leisepredigt f. Johanna zu Anhalt.
- VIII. Leisepredigt f. Philippen Herzogen zu Detm.
- IX. Leisepredigt f. Bernhardi Caspari Bürgerm. zu Meissen.
- X. Leisepredigt f. Ferdinando gesalten.
- XI. Funerale Ferdinandi.
- XII. Leisepredigt f. Marien Fürstin zu Anhalt.
- XIII. Leisepredigt Johan Majers.
- XIV. Leisepredigt f. Jacobum Hertogin zu Wittenberg.
- XV. Leisepredigt f. Margarethen von Armin.
- XVI. Epitaphium ad Christianum Baro Wittenbergensem.

EX LIBRIS
 ILLVSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATVS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

Nec. 23

E P I T A P H I V M

ILLVSTRISSIMÆ DOMINÆ,

*Dominae Hagnæ, Filiolæ Illustriss: Principis ac**Domini, D. Ioachimi Ernesti, Principis**Anhaltini, Com: Ascaniæ, Do-**mini Seruestæ & Ber-**neburgi,**Scriptum à M. Abrahamo Vlrico Cranacensi,**Past: Ecclesiæ Seruest. ad**S. Barthol:*

1564

VVITEBERGÆ

EXCVDEBAT LAVREN-

tius Schuenck.

EPISTOLARIVM

ILLVSTRISSIMAE DOMINAE

Dominæ Hæugæ, Filiole Illustris: Principis ac

Dominæ, P. Ioachimi Ernesti, Principis

Anhaltini, Com: Assaniæ, Do-

mini Serenissimæ & Ber-

neburgi,

Scriptum à M. Abrahamo Nrico Cræmmero,

Past: Ecclesie Sereniss. ad

S. Barthol:



1764

WITTEBERGAE
EXCVDEBAT IANVS

tinus Schwenck.



ANNO A NATO MVN-
DI REDEMTORE M. D. LXIV.

ILLVSTRISSIMÆ DOMINÆ, D. HAGNÆ FILIO-
LÆ, IIII. NON. IVL. ÆTAT. SVÆ ANNO I. M.
IIX. D. XIX. HIC BERNEB. PIE DEFVNCTÆ ET
SEP. PARENTES ILLVSTRISS. IOACH. ERNE-
STVS PRINC. ANHALT. CM. ASCAN. DN.
SERVEST. ET BERNB. ET HAGNES
MATER NATA EX ILL. FAM. COM.
BARBIENSIVM MOESTI AC SPE
RESVRR. ET VITÆ ÆT. SE

SVSTENTANTES
H. M. F. FF.

Conuenere Duces Sigmundus Marchio Primas,
Iulius à Guelfhis stemmata prisca trahens:
Tuq; Silesiacis terris Dux chare Georgi,
Cum socia, quatuor pignoribusq; tuis:
Et uos Ascanij Fratres Ioachime Erneste,
Et Bernharde domus cura, decusq; tuæ.
Quos iubet esse Deus cognati fœdere iunctos
Sanguinis, & iusta cum ratione torus.
Vincere dum pietas igitur studet amula quosuis,
Et sibi cognatos demeruisse suos.
Interea ceu Lege sacra diuina uoluntas
Primitias uoluit fœderis esse suas.
Dumq; homines hominum uanos uenantur amores,
Illa animæ superos demeruisse studet.
Ergo tuam coelis sociant pia numina Gnatam,
Cui dedit illesus nomina casta pudor.
Necdum ter Menses septem transfegerat Hagnes,
Scilicet hoc casti nominis omen erat.
Sic fiunt Erneste tibi tua gaudia luctus,
Gaudia principium nostra doloris habent.

A ij Namq;

Namq; repentinus cerebro citò defluit humor,
Cor prohibens flatu liberiore frui,
Et cerebri cordisq; petens uaga uincula, uitæ
Flamina per neruos transuolitare negat.
Corda igitur cerebro dirimit luctantia moles,
Sic uigor & motus, deniq; uita perit.

SEd luctum superet pietas, & sacra uoluntas,
Et melior natam quæ decet aula Dei.

Nam pia iam fruitur DOMINI complexibus Hagnæ,
Cuius ad Imperium terra poliç; tremunt.
Hic Hominum finis, sola hæc est ianua coelis
Per mortem in requiem Christe uenire tuam.

Vos autē Proceres IVLI, SIGMVNDE, GEORGI, Annus
Christi.
Et uos Ascaniæ spes quotacunq; domus,
Discite mortales reuereri numina: mundis
Discite pectoribus uos sociare Deo.
Candida simplicitas, & amor pietatis, & æquæ
Non stygium cæco pectore uirus alant.
Cor cerebrumq; suos ut habent in corpore nexus,
Totus ab alterius pendeat alter ope.
Sunt sua fœderibus semper præfagia magnis,
Paruula nata uiros dogmata magna doces.
Et tua uiderunt album primordia coruum,
Omne quem subito fata dedere neci.
Nam ueluti mundo candens albedine coruus,
Sic est rara fides & sine labe pudor.
Et citò marcescunt florentia gramina campis,
Et citò fit fœnum, quod modò gramen erat.
Et tuba terribili terrebit murmure fontes
Dira Dei, pandens pectora quæq; breui.
Sit pia Principibus monitrix hæc urnula: Forsan
Qui flores hodie, cras tumulandus eris.

In meiner heiligen Tauff zuhand /
Ward Frewlein Agnes ich genand /
Geboren aus dem Stamm Anhalt /
Dernach im andern Jar man zalt /
Tausent fünff hundert sechzig vier /
Da preיסste Gott sein Güte an mir /
Sontags den vierden Junij /

Wurd ich durch in entbunden hie /
Von aller Sünd vnd Todes qual /
In sieben stunden vberal /
Da bracht er mich zur Dimlen schare /
Meins alters bald im andern Jare /
Dafür ich danck mein trewen Gott /
Der mich aus trübsal / angst vnd not /
In lieb vnd eifer riss dahin /
Damit in vnuerkerten sin /
Mein vnschuld blieb / vnd vnuerletzt /
Drumb hat er mich zu jm versetzt.
In jm allein forthin ich lebe /
Der Welt entzückt / in Gott ich schwebe /
Denn Weltlich ehr / freud / lust vnd glück /
Vergeht in einem augenblick /
Mein schwinder fall bezeuget das /
Den ich zu ein gedechtnis las.
Gott Vater / Son / vnd heilgem Geist /
Der seine gnad an mir beweist /
Dem thut mein Geist gewis vertrauen /
Das in mein Fleisch werd auch anschawen /
Wenn er dasselb clarificirt /
Am Jüngsten tage erwecken wird.

A ij Hadria

Hadrianus Imp: ad animam
suã in agone, Lamprid:

*Animula, vagula, blandula,
Hospes, comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut prius dabis iocos.*

IACOBVS VVIMPHELINGVS
IN ADOLESCENTIA

sua Fol: 51.

*V*Æ mihi, vado mori, qui longum viuere tempus
Constitui, sed nunc væ mihi, vado mori.
*V*æ mihi, vado mori, mea fit caro vermibus esca,
Spiritus inferni, væ mihi, vado mori.
*V*æ mihi, vado mori, vehemens me Iudicis ira
Territat & Pluto, væ mihi, vado mori.
*V*æ mihi, vado mori, reuocat me surgere cornu
Iudicis horrisonum, væ mihi, vado mori.
*V*æ mihi, vado mori, maneoq; venite vel ite,
Iudicis hoc verbum, væ mihi, vado mori.
*D*iuum stelliferi me ducat nomen Olympi,
Me ferat in summum virgo Maria polum.
*S*is pie Christe mihi spes, Dux, & vita perennis,
Te quia, teq; sequor, væ mihi, vado mori.

Chri-

Christianus ad animam in
agone mortis.

*Animula nata cœlitus,
Mortalis hospes corporis,
Tandem redibis in loca,
Tristi soluta carcere,
Tuis creata gaudijs.*

CONTRA MISERANDAM VVIM
PHELINGI TREPIDATIO-
nem Christiana consolatio.

TE Duce vado mori, mea vita est Christe sepulchrū
Sola mihi tua mors vita perennis erit.
Fisa Deo nunquam pererunt pia flamina. corpus
Si cadit, hæc cœlos carne soluta petunt.
Nullius ira tuos terrebit Christe redemptos,
Nil poterit Stygiæ lerna subacta domus.
Et mihi restituent positam per funera carnem
Cornua cum largo fœnore leta meam.
Impia se uero te Iudice turba tremiscat,
Quid crucient animas, ite venite, pias?
Morte tua miserum victo me ducis ab Orco,
Meq; tuo lotum sanguine CHRISTE beas.
Sis pie Christe mihi spes, Dux, & vita perennis,
Te sequor in vitam, Te duce vado mori.
F I N I S.

Christi tunc ad mundum in
hunc agone moris

Tu creata gaudis
Tristi soluta carere
Tandem redibis in locum
Martiris posse corpus
Animala nata carnis

CONTRA MISERANDAM NIMIS
PHILIPPO TERTIO
nem Christiana confitio

TE Duce dabo morti, mea vita est Christus sepulchrum
Sola mihi tua mors vita perennis erit
Ergo Deo nondum peruenit pia, tuum corpus
Si cadit, hoc calor carnis soluta perit
Nulline iratos terribis Christus redemptor
Nil poterit eggie leui subacta domus
Et mihi restituit postquam per fuerat carnis
Corona cum largo sanore leti incans
Impia ferore ludice turba trypsicat
Quid cruciatu animas, ite sentite, pias
Morte tua miserum dicto me ducis ab Orco
Mecum totum sanguine CHRISTI E BEAT
Sic pie Christe mihi spes, Dux, et vita perennis
Te sequor in vitam, Te ducis dabo morti
E N I S



Nh 81.

II

80

7

ULB Halle

3

004 053 613



TA-70L


Ant.





E P I T A P H I V M
ILLVSTRISSIMÆ DOMINÆ,
Dominae Hagnæ, Filiolæ Illustriss: Principis ac
Domini, D. Ioachimi Ernesti, Principis
Anhaltini, Com: Ascaniæ, Do-
mini Seruestæ & Ber-
neburgi,

Scriptum à M. Abrahamo Vlrico Cranacensi,
Past: Ecclesiæ Seruest. ad
S. Barthol:



1564

VVITEBERGÆ
EXCVDEBAT LAVREN-
tius Schuuenck.

